

sacrament reiche vnnnd die geistliche speiße mag deste milder mitteylen —. Geben nach Crists gebort dreyzenhundert vnd im achtzigisthen jare am tag Pauli conversionis.

Nach einer deutschen Uebersetzung im Documentenbuche der Stadt Beeskow aus dem 16. Jahrh. bei Riedel cod. dipl. Brandenb. I. Bd. 20. S. 358 f.

No. 660. 1380. 26. März.

Erzbischof Johann zu Prag stiftet und dotirt in der Domkirche einen Altar mit Vicarie zu Ehren des h. Wenceslaus, Schutzpatrons von Böhmen, und ordnet zugleich den an diesem Altar zu haltenden Dienst und die an gewissen Tagen vom Vicar zu gewährenden Zahlungen.

Johannes dei gratia sanctae Pragensis ecclesiae archiepiscopus, apostolicae sedis legatus, reverendo in Christo patri domino Nicolao episcopo Missnensi sinceram in domino caritatem. Inter cunctas sollicitudines etc. Decens est et consonum rationi, ut omnipotenti deo ac inclitissimo duci et beatissimo martyri Wenceslao, patrono Boemiae, cuius fuimus prout et sumus stipendiis a nostris primordiis feliciter educati, honorem aliquem grata vicissitudine nobis possibili reimpendere studeamus. Sane cum iam dudum nobis ad ecclesiam Missnensem auctoritate apostolica promotis unum altare in ea sub titulo gloriosissimi martyris supradicti fundare et certis redditibus fulcire incepimus et dotare, nobis tandem ad Pragensem ecclesiam metropolitanam immo legationis officio insignitam superna dispositione vocatis, negotium ipsum propter finalis in beneficium erectionis defectum iuxta modum canonicum remanserat inexpectum, nos modo ad tam laudabilis propositi consummationem opem et operam adhibere volentes, pro reali perfectione beneficii memorati eidem beneficio seu altari et rectori sive vicario, qui ipsum pro tempore gubernabit, iura redditus et obventiones per nos ad laudem gloriam et honorem dei et sanctissimi Wenceslai comparatas sub modis et conditionibus infrascriptis in Christi nomine damus, conferimus et etiam assignamus. Primo videlicet in villa Canycz^a) decem sexagenas cum media Missnensium novorum grossorum, in villa Reder^b) tres sexagenas cum viginti quatuor grossis, in opido et circa opidum Dresden duas sexagenas cum quindecim grossis, in opido Nussyn^c) duas sexagenas novi similiter pagamenti cum omnibus suis minutis, pertinentiis et pleno dominio in quibuscunque rebus consistant seu quibuscunque vocabulis designentur. Verum cum beneficium regulariter detur propter officium, naturam et qualitatem dicti beneficii volumus esse talem, quod is qui ad dictum altare cum vacaverit debuerit praesentari, debeat esse cum effectu in sacerdotio constitutus. Item volumus et etiam ordinamus, quod dictus altarista seu iuxta morem ecclesiae appellatus vicarius omni septimana perpetuis futuris temporibus in dicto altari quatuor missas per se vel alium legere debeat et tenere, unam die dominica de tempore, vel aliam aptam illi diei ut si aliquod festum tali die novem lectionum occurrat, feria tertia missam pro defunctis, quinta feria de sanctissimis patronis Boemiae Vito, Wenceslao, Adalberto atque Sygismundo sub officio ‚sapientiam sanctorum‘ etc., sabbato vero de sancta Maria. Et quotienscumque rector dicti altaris sive vicarius

a) Canitz, Eph. Oschatz. b) Rödern, Eph. Grossenhain. c) Vgl. No. 643.